

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Samuel Bohl Michael Jordan

Disputatio ... Pro Formali Eruendo Primum in explicatione Scripturae Sacrae ...

11 :

Rostochi[i]: Kilius, 1637

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn770605893>

Band (Druck) Freier  Zugang 

- Vat. ... ① J. Knüpfelius
② J. Wregius
③ J. Brücke
④ P. Bagstrowius
⑤ J. Kempelenius
⑥ Ioh. Hinrichius
⑦ A. Hörmuth
⑧ A. Hasdörp
⑨ B. Kemsdoiff
⑩ L. Baumeisterius
⑪ Ioh. Jordanius
⑫ J. Sonnenfeldt
⑬ Ioh. Hartmannius

Lam. Bohl.
R. U. theor. 1637. 38.

DISPUTATIO UNDECIMA
PRO FORMALI
ERVENDO PRIMVM
in explicatione
SCRIPTVRÆ SACRÆ

Quam

D. O. M. A.

PRÆSIDE

M. SAMUEL BOHL

Gryphenberg. Pomeran.

In Academia Rostochiensi publico Docto-
rum examini subjicit

MICHAEL JORDANUS

Sternberga Megapol.

Habebitur in Auditorio majori ad diem 28. Octob.
horis antemeridianis.



ROSTOCHJ,

Literis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XXXVII.





1.
Vna decas disputationum pro formaliter
amefeliciter est absoluta, jam ad alteram me
accingo. Sicut autem pro conclusione primæ
deodis ponebam regulam rusticam, ex qua o-
mnia quæ proposueram me vidisse exponebam
ita in initio hujus decadis ejus merito iterum
mentionem facio in hunc finem, ut me imposterum etiam eam
pro medio habiturum doceam.

2. Placet jam primo loco vox קשׁוֹפֵת cuius formale dico esse
compactus fuit, materiales sunt variae, durus, difficilis fuit &c. Sic
Genes. 49. dicitur Maledictus sit fervor ipsorum compactus i. e.
Der sich nicht hat lencken lassen wollen / vnd von einander bringen.
Et in aliis locis plurimis haec forma conspicitur in vocibus. Isa,
8. dicitur de illis, qui Achazo contra Esaiam adhærebant, & Pro-
phetæ Torah utaadah noblebant admittere, adeoq; Schachhar i. e.
discretionem boni & mali præponere. Et transibit; וְעַבְרָבָה
בְּקֶשֶׁת וּרְעֵב vel peragrabit in ea compactus induratus & fameli-
cus compactus, id est, quia viam elabendi, viam boni videre nequit.
Iste satis recte dicitur esse induratus vel compactus, quia etiam o-
mnibus difficultatibus objicitur & objectus peragrat.

3. Cum autem dicitur in lege Mosis, quod Deus compegerit &
induraverit cor Pharaonis vi hujus vocis nemo potest conclude-
re, quod Deus sit causa peccati, quia ipse Pharaon se induravit, quem
induratum Deus in eo statu reliquit. Sicut enim in Scriptura sa-
cra non audire conjungi solet cum *indurare*, ita Pharaon, cum perti-
tinaciter non audiebat se indurabat. Quem cum Deus non tota-
liter ex judicio auferens, sed stare sinens dicitur indurasse sed de hoc
in alia radice plura. Omnia quæ hinc descendunt, cum forma
probe quadrant, ut cum Ezechielis secundo Ezechiel mitti-
tur ad filios פָנִים שׁוֹרִים i. e. impudentes, qui duram habent faci-
em & quos non pudet. Nam cui non est pudor ita frontem ob-
duravit,

duravit, ut rubor ille verecundiae, cum in crimine deprehenditur, vel ejus sit reus, non penetrare queat. Durus spiritus in hoc dicendi genere dicitur tristis, quia cum non dilatatur quasi hominis cor constringit, & omnis generis perturbationes introducit.

5. Arcum à duritate & rigiditate dici magis quam notum est.

6. Inter alia autem ab hac radice descendit vox קְשָׁה de qua non immerito queritur, quomodo cum forma conveniat, cum explicetur per equationem. Sic enim ibidem Spiritus sanctus וְחַתָּה מְעֻשָּׂה קְשָׁה ubi פְּנֵי שְׁאַלְמָנָה est pexus capillusex dispositione & equatione, & cum forma quadrat, quia compinguntur quasi in illo actu erint, ut ornamenta aures vel pro loci ratione alia superimponi queant. Quae sunt; hic de disposito vel aequato auro dici possent reservo discursui publico. Jam ad alia.

7. Radix בְּלִבְנָה quamvis in verbis non sit in usu, tamen meo scrutinio subjacet, cum tres exhibeat radicales. Formam ejus dico ego consistere in vilitate & obscuritate, unde etiam apud Talmudias כָּלָב idiotam significare dicunt alii à vilitate & obscuritate.

8. Hinc descendit nomen בְּלִבְנָה casem significans, ob vilitatem ita dictus, unde eum in magnilibus & miraculis Dei omnipotentis vult describere Spiritus sanctus nihil ne minimum quidem sensisse dolorem in tabernaculis Israel, dicit, Ne canis quidem movebat linguam. Proprie autem animal illud quod nobis est familiare significat in pugna Davidis cum Goliato. Num canis sum ego, quod baculo &c. ad me venias.

9. Transferatur deinde etiam mediate ad alia, à proprietatisbus desumpta significata, quæ lubens omitto, cum nimis nota sint. Quare illis omissis formam meam aliquot exemplis probo evidenter, Abner Dux generalis increpat: à Domino suo: sic responderet: Bin tschein Hundeshäupt. Quæ responso in textu recte ponderata non tantum estirati, sed & impuri animadictum, cum בְּלִבְנָה etiam aliudquid significet, sicut apud Græcos κύων, quod non sumo in ea significatione qua vilitatem simpliciter & obscuritatem imo subjectionem norantes irati vel succensus alium vocant. Einen Knochen i.e. Einen Schlüngel der einem bellenden verjagten und speyenden Hund ehlicher ist als einem Menschen.

Mensach. Sed in ea in qua sumittit in lege Mosis, cum Scriptum est. Non inferes mercedem meretriciu, & pretium canis in domum Jhovah Dei tui &c. quia ambo illa sunt abominatione Jhovah Deo tuo. Ubique dico, pretium canis esse pretium meritorii parati ad concubitum. Nam sicut praecebat in versu 17. Non erit prostibulum inter filias Israel, nec erit mercatorius inter filios Israel, ita ego dico, pretium meretricis, est pretium prostibuli, merces canis est meritorii. Nec audiendum hic est Targum quod ita versum decimum septimum explicat. Ne sit uxor ex filiis Israel viro seruo, nec ducat vir ex filiis Israel uxorem ancillam. Quia rusticus contrarium videre potest, quamvis Rabbi Salomo aliqua ratione Targum excuset. At miserere nostri Deus, cum ab his hominibus Rabbinis & Targumista qui est etiam Rabbi, sapientiam haurire volumus. Ad ipsum textum recte ex regula rustica intellectum, in qua חישפ Heist eine öffentliche Hure שׁפֵּה eine öffentliche vnd getmeteten Hure/tales non debent esse inter filias Israel. In altero versu Iudei saniores sunt. Non dicam jam de similitudine canum cum talibus prostibulis & meritorii sed tantum de forma & significatione vocis כָּלְבַּי & עֲזָבָן, hoc in loco de quo Græce Docti poterunt ex prophanicis authoribus fusi agere.

10. Descendit etiam à radice, quām jam sub matribus habemus vox significans caveam item canistrum, sed sana sunt omnia à vilitate enim ea dici plusquam notum est, unde Germani ein Rosen/Hinterstake/ &c.

ii. Deinde assumo קדשׁ tuus formale est dispositus, unde auctor: titulorum in concordantiis Rabbi Mardochai בְּלִשְׁנָה עַדְיָכְחֹם עֲרָכָת. Hac voce uicitur Christus in Psalmo vigesimo secundo רְלֵעֶף מִזְבֵּחַ תְּשִׁבְתָּן disponis me ad pulvrem mortis q. d. Exaruit ceu testa robur meum & lingua mea palato meo atque ariet, nam tu O Deus me disponis ut in sumum gradum ex inanitionis subire queam & debeam, sicut id forma וְאַתָּה de quo alibi satis superq; testatur.

¶ 52. Quæ hinc descendunt cum forma modo data probè quadrant. Nam lapides focarii dicuntur קָרְבָּן שְׁמַרְתָּם /quia sunt dispositio-
gia ollarum, unde egregius ille locus in Psalmō אֵם הַשְׁכָנָה בְּזִים שְׁמַרְתָּם

כָּנְפֵי יְהוָה נֹאֲפָחָה בְּכָסָף ubi etiā notandum est. for-
mā hanc ex segignere terminos, limites, imo castra sicuti scriptū est
לִמְהַיְשֶׁבֶת בֵּין הַמִּשְׁפָּרִים Quæ egregia loca omnia studio præ-
tereo, ut tantum properem ad alias res, ut in hac decade secunda
plures proponere queam radices & formas, quam factum est in de-
cade prima, & ita necessarium hoc scrutinium feliciter absolvatur.

13. Placer ergo jam vox נָטָן cuius formale dico esse & con-
sistere in firmitate. Hinc significat firmus fuit in rebus, & in sermo-
nibus, & in personis. Hinc dicitur in Esaia in oratione tertia, in
fine argumenti primi generalis אֵם אַתְּ אֱמֹנוֹ כְּלֹא חָמָנוֹ ubi elegans est allusio ad voces & ad res dicitur enim Im loh taa-
minu, ci loh teamenu, hoc est si firmi fueritis in credendo verbis
meis signum est, quod non firmi manebitis in rebus vestris, scil.
politia &c. Luther. Gieubet ihr nicht so bleibt ihr nicht. Hanc for-
mam quam modo expressi agnoscit etiam autor tickorum con-
cordant; Rabbi Mardochai cum inquit מה שפירושו קריום אֵי כִּי

כִּי.

14. Si jam allubesceret in materialibus & respectu rerum &
respectu personarum & respectu vocationis multa producere, plura se
offerrent, quam angustia chartæ capit. Sed brevibus tantum de-
quibusdam: Aquæ dicuntur נָכְנוּם in Esaia ob refectionis &
sustentationis infallibilitatem & indesinentiam. Testes dicuntur
נָאָמְנוּ ob constantiam & veritatem. Unde cum incidit vox
veritatis, non male fecero, si dicam uno verbo, veritas est firmitas
in rebus in personis in verbis, & cum forma quadret, si quod fieri
debet veritatem in materiali sumas, quia veritas sola est firma, un-
de quo magis aliquid verum est, eo magis etiam firmum & con-
stans, quod ex exemplo Dei æterni colligitur. Quæ de fide hic dici-
possent, quomodo formaliter sit adhæsio firma in aliquo ideo ta-
ceo, quia ex præcedentibus facile colligi posse clarum est. Nam
illud etiam extra ea desumi potest ex loco Exodi quodam, ubi ita
scriptum est בְּיוֹ וַיָּאמְנוּ יִצְחָק וְיַעֲקֹב וְיַעֲזֹב וְיַעֲשֹׂה עַבְרוֹ Et adhærebant Domi-
no & Mosis servo ejus.

15. Nomina alia quæ hinc descendunt facillime ad formam re-
diguntur, adeo quidem, ut & talia nomina descendant ex hac for-
ma, quæ

ma, quæ significant constitutionem firmam, item columnas, ut peritis Scripturæ sacrae notum est.

16. In primis autem consideratione dignum est, quod ex hac descendat tale nomen quod significat artificem, opificem, qui dicitur ideo hoc nomine, quia in sua arte debet esse firmus & probatus. Sic contra non est artifex, qui de re interrogatus respondet se velle consulere alium, ut responderet queat. Sutor non est sutor, qui non ipse calceos consuere didicit. Scriptura interpres non est interpres, nisi ipse auxilio Dei spiritus iutus explicare queat scripturam. Hinc nomine hoc indigni sunt. *Die Sudler in Künsten und Sprachen*, qui in quo ne umbra sunt, trabes esse volunt authoritatis & asinōs ad lyram imitantur dulci spectatorum solamine.

17. Dehinc etiam legitimus aliā vocē notantem curatorem & nutritorem, formā optime quadrat, quia aliū in suā fidem & firmitatem bonae promissionis suscipit.

18. Et quæ alia sunt omnia rectissime ad supra indigitatam formam redigi possunt & debent sive sint sex sive plures significatio[n]es viæ diversæ.

19. Jam sumo vocem קָרְבָּן cuius formale est in operiendo, si enī dicitur de Haman in libro Esther. In primis autem elegans sub hac forma est significatio, quod notat etiam obducia auro vel argento, unde egregii cuiusdam loci in Psalmis occurrentis cum obiter ut Philologus dabo versionem אֶם תַשְׁכִּבֵנִי בְּזַיְתָרִים כְּנָפִי *Sic cubaveritus inter יָנָה נֹחֶפה בְּכָסָף lapides' focarios seu chytropodes, sunt alae columbae obductæ argento, i.e. Etiamsi mala maxima patiamini malo tamē eruant non mala, sicuti contradic̄tio esse apparet, si homo, qui in pūrgandis furnis est occupatus ne dicam qui in atriore ipso ut olla sedet, tamen dicatur manere albus ut argentum.*

20. Ratio autem quomodo materialis hæc significatio ad veram formam queat redigi hæc est, quia quod obducitur argento vel auro, illud occultatur sub auro vel argento.

21. In libris Regum semel dicitur de filiis Israel quod אֲנָשִׁים אֲשֶׁר לֹא־יְדַעַּת i.e. quod occulte egerint res non bonas, vel ut recte ad sensum me conferant. Occultabant regi, i.e. prætextu[rum] quen-

quendam faciebant; Sic prætextus pietatis poterat esse ædificare excelsa, & in iis sacrificare Deo omnipotenti, hinc opime Divus Lutherus: Und die Kinder Israels schmücketen ihre Sachen wider den Herrn ihren Gott / die doch nicht gut waren / nemlich daß sie ihnen Höhen bewetzen in allen Städten / beyde in Schlössern vnd festen Städten/etc.

22. Memini me supra proposuisse sub radice יְמִינָה / impudenter vocabulum, huic oppono merito aliam vocem, sub qua incidenter etiam in fine de pudore agam. Radix יְמִינָה pro formalis significatione habet quæsivit, sicuti hæc forma expresse continetur in Job. cap 3 יְמִינָה מֵמַשְׁפָנָת וְיְמִינָה qui mortem magis sollicite quam ipsos thesauros queruntur. Hinc in lege Mosis semel scriptum, ut per vestigent nobis terram scilicet, ut sint nobis exploratores, & querentes statum terræ à nobis occupandæ. Sed hæc sunt clara.

23. In significationibus materialibus significat fodere, quomodo forma quadret, quivis videat nisi qui modum reducendi & radium probandi volens vult obscurare. In Genesi scriptum est, Et foderunt servi Isaac &c. Fodere ergo convenit cum forma, quia qui fodit in scriptura sumitur querit aquam, thesaurum &c. De loco quodam Jobi viso intricato alibi dicam. Jam me confero ad significationem erubescendi.

24. Hæc materialis significatio optime cognoscitur ex opposito ejus, פְּצָזָה קְשָׂרָה & כְּצָרָה in Scriptura notat tales homines, qui sunt impudentes & perficiuntur habent frontem, queritur ibidem ratio, quare, Respondeatur, innuitur fortitudo & crassitudo frontis, quæ nō patitur ut rubor permeare queat. Econtra יְמִינָה fodit, significat etiam erubuit, nam qui erubescit, illi frons quasi perfoditur ut rubor se exerat. Et sicuti יְמִינָה de quo alibi ob revelationem & detectionem notabat etiam opprobrium, ita hic יְמִינָה ob transpositionem & inspectionem facinorum malorum, quæ id etiam fratrinatione significat pudorem.

25. Multa essent de hoc pudore dicenda, verum progredendum erit jam ad alia, ut modo eo citius hoc scrutinium absolutatur.

26. Jam ad יְמִינָה cuius formale dico esse consuluit Forma hæc expresse

expressè continetur in Scriptura sacra, ut cum Nechemias dicit
וְיָמֵל לְבִרְעָלָה & consulebam mihi ipsi &c. Hinc cogitandi fluit
significatio, quæ ita significationi consulendi est agglutinata, ut
vix ab ea separari quoat, sicuti legimus in Jeremias.

27. Regnandi significatio etiam sub hac forma continetur,
quia sicuti in lingua Latina Consul à consulendo, ita קַלְלָה à con-
sulendo in Hebraismo dicitur. Ex quo prominant dulces medita-
tiones, cum Deus noster rex dicitur, sicuti legitimus in Psalmo sexagimo
octavo, nam procurator & consulens subintroducitur. A
regnando vel à regendo reges dici in latina lingua verum esse cre-
do, idem obtinere in Hebraica constanter nego. Unde cum Deus
de filio suo dicit. Ego constitui regem meum super montem san-
ctum meum Zion, Regem suum vocat, quia vice Dei patris, ut ita
loquar, consulere debebat hominibus & docere ea, quæ ad politi-
am cœlestem pertinere omnino debent. Hinc videmus etiam ex
communi regula Philologorum verorum Hebreorum, quod
cum epipheta Dei in Scriptura semper ita adhibeantur, ut semper
respectus habeatur ad ipsum opus de quo agit pro tempore spiritus,
etiam nomen Regis Deo non attribui, nisi in eo punto, eum de
consulendo & procurando sit sermo, quod, qui non credere vult
tantum probet & tentet in Scripturæ sacrae scrutinio & explica-
tione.

28. Multa hic essent dicenda, sed ut compendii rationem
habeamus, ea omnia omittimus, & solido, contra nostras theses dis-
cursui ab honestis Doctoribus & Studiosis reservamus, tantum
hoc unice assumentes, quod idolum aliquod Ammonitarum dica-
tur Molech, ab hac radice descendente voce.

29. Hoc idolum necesse est habuisse denominationem suam
à consulendo & propitio aspectu, vel sub latente Regio. Si ergo,
quod dicitur, fuerit saturnus, ut Domino & Regi planetarum fa-
tra illi fecerunt. Et probabilius est, fuisse, si astrum fuit, solem, cuius
cultus (quod exscribo ego à meis majoribus) erat talis: Pater fi-
lium tradebat Sacerdotibus, qui faciebant duos rogos magnos, &c
inter hos puerum nudis pedibus traducebant. Et quidam morie-
bantur, quidam superstites manebant, ac putabant, si pater unum
ex filiis trudiceret, reliquos fore salvos, ac patrem in omnibus fe-
licem. Et additur quod fuerit hujus idoli apud Ammonitas tem-
plum

plum Gebal in eoq; simulacrum lapideum auro obductum; & sellæ insidens. Utrinq; autem duo foeminae simulacra, etiam sedentia: ante ipsum ara, in qua sacrificia & suffitius siebant. Verum quale fuerit simulacrum, parum interest scire, hoc certum est, quod vocetur Molech, reliqua ut hariolamur ex aliis, ita etiam aliis obtrudere nolumus.

30. Ab hac forma descendit etiam Melchisedek, qui sane major fuit Abrahamo, juxta cuius sacerdotium Christi munus sacrum fuisse ordinatum testatur epistola ad Hebraeos & Psalmus 110. De quo Melchisedek plura essent dicenda, sed properandum est, tantum hoc notamus, quod **מלך** non semper in Scriptura sacra Rex, sed Consul, sicut Rex Sodom Consul vel præses fuit &c. etiam si aliquando absoluti fuerint.

31. Aliam assumo radicem videlicet **רגם** cuius formale est operuit multitudine hinc expresse cœtum & congregationem significat in Psalmis Davidis, cum ita dicitur in Psalmo sexagesimo octavo *Scham Binjamin zair rodens sareb, Jhudah rigmatam, sareb Zabulon, sareb Naphtali*, h. e. Ib: videlicet in Ecclesia Nov: Testamenti, dominator est parvus Binjamin, ibi congregatio est ducum Jhudah, congregatio in quam ducum Zabulon & ducum Naphtali. Id est ibi Paulus Apostolus cum reliquis Apostolis sunt duces, sicuti etiam alibi in Esaia Apostoli Messiae nostri verè dicuntur duces Regis sui, ut doctis notum est. In quo loco **רגמָה** congregationem notare deprehenditur, cum Apostoli totum orbem cœti magna multitudo impleverunt. Deinde in materialibus significat lapidibus obtruere, & ita lapidare, quæ lapidatio solebat etiam fieri à tota congregatione & à toto cœtu, & quod alias colligetur, primus debebat lapidem primum tollere tellis, in signum, si falsa fuisset testatus, sanguinem occisi non imputandum esse toti cœtui sed falso testi. Ex quo principio in crucifixione Christi Iudei clamabant: *Sanguis ejus sit super nos & filios nostros, q. d. Nos recte testati sumus contra hunc quem vides judex maleficum.* Sed hæc transeat, ut obiter assumam vocem Targum, quæ vox Rabbinic. & Caldaica existens forsitan non ab omnibus recte intelligitur. Explicatur autem per translatis in aliam linguam. Quamvis autem quidem ego non teneam Caldaicarum vocum dare rationem, placet tamen idem hic ex superabundanti præstare. Dico

ergo ego, quod מִרְגָּוֶן significet operationem multitudinis i.e. paraphrasin. Paraphrasis enim Caldaica est nihil aliud, quam operatio, ut ita loquar, qua operuerunt textum Hebraicum, ut ejus loco legeretur. Nam si vera sunt quæ dicuntur, Paraphrasis illa est adornata in hunc finem, ut post Babilonicam captivitatem Judæi plebei textū sacrum legerenō valentes, hoc subsidio juventur.

32. Quicquid autem sit hoc certum est, quod Targum vere sit Targum, cum ita sæpe obruat multitudine verborum textum sacram, ut ejus vestigia vix compareant, quod multis in locis præsertim Propheticis demonstrari posset.


33. Radix בַּאֲרֵן hic locum habebit, formaliter autem significat extulit, ut ita loquar, exposuit. Aufzichen/auflegen. Sic cum dicitur de explicatione Scripturæ sacræ נִשְׁתַּחַת interpretatio nulla potest hoc nomine venire, nisi quæ ex textu est depropria, unde נִשְׁתַּחַת respectum suum habet ad sensum, qui effertur, & extrahitur ex ipso textu & contextu. Unde ridiculum est in explicatione Scripturæ adire alios, cum lingua calles, tunc tu enim ex ipso textu trahes sensum & non ex alii, ipsi non sunt in hoc punto consulendi, nisi cum volumus tantum videre, quomodo & illi extulerint & traxerint & exposuerint textum. Hac ratione recte etiam dicitur quod respectus ejus sit ad ipsum textum, qui exponitur, cum alias videbatur latere, explicatur cum alias videbatur implicatus. Pessime ergo puto in Philologia allegari analogiam fidei, cum de sensu disceptatur, nam primum ex regula rustica debet videri, quemnam sensum exhibeant ipsa verba, si illa contra analogiam fidei sint, signum est, quod male explicitur, unde scrutari debet interpres, ut recte extrahat & explicit verba, tunc impossibile est, ea currere contra analogiam fidei, quæ tamen non pendet à Doctoribus Ecclesiæ, à Romano pontifice, sed ex Scriptura sacra. Nec velum deber esse analogia ignorantia, dum, cum nescimus loci sensum, ad magistralē explicationem configimus, salva putantes esse omnia, modo analogiæ fidei non repugnet. Non ita Philologi, quibus etiam in Theologia instrumentum quoddam proprium est. Quomodo ergo Moses explicavit legem? ut in lege de ipso legitimus fecit hoc נִשְׁתַּחַת clare & per spicue, ut qui me potuerit intelligere, nam rem suo nomine notavit,

vit,

vit, & ideo jussit etiam Deus hunc Molen, ut scriberet super lapidis-
but omnia verba legis hujus בָּאֵר bene exponendo ut Cal-
daicus paraphrastes reddidit.

34. Ex quo, nisi metuerem ne alii trahant haec in sinistram par-
tim & serio me ea dicere putent, dicerem derivari Germanorum
Bawr/ litera vau & נ Hebraeorum permutata, quia ein Bawr
vel ut Pomeranus melius ad radicem sese alligans dicit ein Bur/
der kan nicht lang vmbschweiss machen/ sondern ziehet bald auf was
er will. Quod nomen nostris patribus fuit honorificum, quod ut
puto exinde conspicitur, quod adhuc hodie habeamus die Bur-
spracke in civitatibus vicinis, quia quos hodie dicimus die Bürger/
forsan antiquitus fuerunt dicti die Bawren/ quia fuerunt homines
simplices redliche Leute die nach der schlechten vnd rechten Erbar-
keit trachterē/denen das Ya vnd Mein lieb/ aber das Quacksalberische
vmbschweiss machen verhessig war. Quod & alii probarent ex voce
Nachbawr vicinum notante. Sed ha sunt nostra conjecturae, pro
quibus eas etiam tantum haberi volo.

35. Hoc נְאֹר requirit simplicem linguam quæ ab auditoribus
intelligi potest. Unde hodie apud Germanos in Ecclesia conci-
onatores recte loquuntur Germanice & non latine vel Græce vel
Hebraice, quia cum Germanis conversantur auditoribus. Ex hac
radice descendit vox notans puteum, dicitur hic ideo ab ex-
trahendo ex eo aquam, unde aliud est בָּוֶר aliud ob diversos
usus, quibus in Scriptura sacra insigniuntur. 36 Vox פְּרַח claudat
hanc disputationem. Hujus formale ego dico esse *aperiūt*. Hinc in
materialibus varia significat, quæ omnia cum hac forma probe
conveniunt. *Incipere* &c. de gladio evaginare, de vinclis solvere, &
metallo & lapidibus sculpere. Usurpatur etiam de floribus & aliis,
quæ omnia transeant, ut modo ex Zacharia 3. v. 9. הַנְּרַמְּפִתָּה
הַתְּוֹתָה Ecce ego aperio cælaturam ejus. Quid hoc est, Ad regulam
rusticam & docebit. *Aperiam*, ergo fuit clausa cælatura quid est
cælatura? Respondeatur aperiō lapidis, lapis aperitur, cum ea quæ
in superficie erant tolluntur, i. e. sculpuntur. Hinc rusticus vider,
hanc esse versionē. Ich will wiederumb lassen an dem Tempel bauē.
Sic Rabbi Salomo Jarchi erudite explicat סְתִיר קַיְשָׁרוֹה מִפְּלִיל
עֲצַת חַאיּוּכִים אֲשֶׁר כָּתוּב שְׁמַנְתָּה לְבַטְלָה הַמְּלָאָכָה.
Nam impediens structura templi satis diu, quæ tamen postmo-
dum iterū feliciter incipiebatur & absolvebatur, Plura in subseq.



jussit etiam Deus hunc Mosen, ut scriberet super lapidis
verba legis hujus **בָּאֵר** *bær* bene exponendo ut Cal-
aphrastes reddidit.

quo, nisi metuerem ne alii trahant haec in sinistram par-
o me ea dicere putent, dicerem derivari Germanorum
terra vau & נ Hebræorum permutata, quia ein Samm-
leranus melius ad radicem sese alligans dicit ein Bur-
gher lang vimb schweiff machen/ sondern siehet bald auf was
god nomen nostris patribus fuit honorificum, quod ut
de conspicitur, quod adhuc habeamus die Bur-
givitatibus vicinis, quia imus die Bürger/
iuitus fuerunt die
redliche Leute + vernnt homines
iff rechten Erbar-
tē/denen

HARTBLEI
© 2009 digitalfoto-trainer.de
ribus
aci-
el
probe
golvare, &
oribus & aliis,
הנְּגָרְמָתָה
v. 9.
uid hoc est, Ad regulam
ce ego aperio cælatura
docebit. *Aperiam*, ergo, tuit clausa cælatura quid est
Respondeatur aperio lapidis, lapis aperitur, cum ea quæ
e erant tolluntur, i. e. sculpuntur. Hinc rusticus vider,
ersionē. Ich will wiederum lassen an dem Tempel baw-
alomo Jarchi erudite explicat
סִחְרִיקָוִהָה מִפְּרָא
עַצְתַּחְאִיכְבּוֹת אֲשֶׁר כְּתָבָה לְבַטְלַ הַמְלָא-
liebatur structura templi satis diu, quæ tamen postmo-
feliciter incipiebatur & absolvebatur, Plura in subseq.

Copyright 4/1999 YxyMaster GmbH www.yxymaster.com